



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Lvscinia. Descriptio LXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Item ex Tertulliano.

Tertul. l. de  
pallio Cata-  
clista vestes  
de pressorio  
splendentes.  
Tunica pa-  
tagiata an-  
teclausura.

Quamquam & Paus pluma vestis, & quidem de cataclistis, in omni conchylio depressior, qua colla florent, & omni patagio auratior, qua terga fulgent, & omni symate solutior, qua caudae iacent, multicolor, & discolor, & versicolor, numquam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa, quando alia, toties denique mutanda, quoties mouenda.

tur, nunc intorta copuletur? Quid cum iterum vocem reuocat, ex integra comprehensione cantum edit? quid cum modulos, nec inopinato, de repenteque commutat? quid cum ipsa secum iucunda, & tacita murmurat? nulla mehercule tam abstrusa, tam difficilis est canio, quam non exprimat lusciniā, plenam, grauem, acutam, crebram, extentam, summam, mediam, imam: Quid plura? Iam paruulis in faucibus omnia, qua tanto labore, tanta industria, tanto studio, tot inuentis instrumentis genera cantionum ars hominum excogitauit, integra, atque perfecta reperiuntur.

Vide Gesnerum in Luscinia.

Adde quae habet Plinius lib. 10. c. 39.

Primum tanta vox, tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta Musicae scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuscatur inopinato: interdum & secum ipse murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quae tot exquisitis cibiarum tormentis ars hominum excogitauit.

LUSCINI A.

Descriptio LXV.

Lusciniam, auditores, vnam ex auribus maximè solent ij, qui naturas animalium scribunt, admirari, quod in tam paruo corpusculo tam clara, tam sitauis, tam magna, tam iucunda vox inueniatur: quod verno tempore, cum frondescere arbores incipiunt, diel us, ac noctibus perpetuis sine vlla intermissione canere soleat, vnde enim in auicula tam pertinax spiritus? vnde vis illa continenda animae, in canendo tanta, & vna continuatione cantionis vni contentiones vocis, & remissiones contineantur? vnde tam artificiosa, tamque perfecta musicae scientia, tam ingeniosa modulatio, tam gratus auribus sonus, qui modò in longum, continuo spiritu trahitur, modò summa quadam cum varietate fleatur, nunc concisa voce distingua-

COLVMBAE COLLVM.

Ex Philone, de temulentia.

Descriptio LXVI.

Τὸν ἀρχὴν τῆς περιστερῆς ἐν ἑλιακῆς αὐγῆς, οὐ κατενόησε μορῆς χρωμάτων ἀλλὰ ἴσθηται ἰδίως, ἢ οὐχὶ φοινικῶν, καὶ κωνιδίων, πυραμίδων τε, καὶ ἀνθρακοειδῆς, ἐπὶ τῆς ἀχρῶν, καὶ ἐξ ἄλλων, καὶ ἅπαντα ἀπαλοῦσαι χρῆματα ὧν οὐδὲ τὰς κλήσεις ῥῆθῶν ἀπομνημονεύσας.

Vidisti aliquando columbae ceruicem radijs solis expositam, quam multis modis colores variet, puniceum, ceruleum, igneum, & carbunculi speciem referentem, pallidum itam, & rubicundum, & alios omnigenos, quorum ne vocabula quidem memorare sit facile.

HIRVN.